Komarnicki Pawlukowicz Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Cas-
trensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Iwan Komarnicki Pa-
wlukowicz sanus mente et corpore existens a terrestribus Districtualibus
omnibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo. Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitanealis
Premisliensis quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac
bonis suis quibus omnibus totaliter et plene incorporando
atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recogno-
vit. Quia ipse Nobili Nastasiae Iaworska olim Nobilis
Michaelis Pletenicki Iaworski filiae consorti suae legitimae
ratione verae dotis et expeditionis post ipsam receptae
et in domum suam importatae summam Centum florenorum
polonicalium. Nec non aliam similem summam Centum florenorum
polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi dotalicii in et super
tota et integra medietate bonorum suorum generaliter
omnium mobilium et immobilium summarumque quarumlibet
pecuniarum. Nec non Auri argenti clenodiorum vestium pe-
stimentorum pecorum pecudum equorum equitiarum toti-
usque et integrae suppellectilis domesticae nunc habitae et
imposterum habendae dedit dotavit dotaliciavit inscripsit
et reformavit, prout dat dotat dotaliciat inscribit
et reformat praesentibus Recognitionibus Nobilem Nastasiam Ia-
worska consortem suam legitimam et eius post praemissa
omnia praesentem scilicet inscriptione universis cum utilitatibus et emo-
lumentibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis tenendi ha-
bendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi
ad suosque quoscunque beneplacitos usufructusque libere et
effectuato convertendi vigore ac more aliarum Refor-
mationum hactenus et diutius in Regno Poloniae ob-
servari solitarum praesenti Inscriptione desuper mediante.

Idem Contem suam ad abrenuntiandum Statuet: